

aus: „Möchte doch der grosse Beter Benedictus zu seinem Geburtsfeste dies von Gott seinen Söhnen als Geschenk erwirken, dass sie recht und gemeinsam beten, in irgend einer Form von Gebetsverein unter allen Klöstern!“ — Doch, Gott sei Dank, ein solcher Gebetsverein besteht bereits in unserm Orden, der aber, wie es scheint, nicht genug bekannt, oder doch sicherlich nicht genug geschätzt und gepflegt wird. Denselben nun auf diesem Wege allgemein bekannt zu machen und alle Verehrer des heil. Benedictus und seines Ordens zum Eintritt in diesen Verein einzuladen, das ist die Absicht dieser Zeilen. Der Zweck, die Satzungen und Gebete sammt dem dafür verliehenen Ablass, sind zu lesen in den „*Horae Diurnae Breviarii Monastici*,“ (Mechliniae 1865) p. CCLXXXVII, und im *Rituale Monasticum* ed. Sti. Vincentii, 1868. p. 124. — Da aber diese Bücher nicht allen Lesern zur Hand sein werden, so folgt hier ein unveränderter Abdruck der näheren Bestimmungen des Vereines, wie an den genannten Stellen zu lesen ist.

Unio precum et bonorum operum ad excitandum spiritum Ss. P. N. Benedicti.

Scopus Unionis.

Cum in hoc miserrimo temporum statu religiosi Ordines tam publice quam occulte a pluribus Ecclesiae hostibus affligantur, ita ut multi Regularium coetus iam penitus sint eversi, alii autem proximam videantur minari ruinam: nonnulli Monachi Ordinis Ss. P. Benedicti in Italia, in Gallia, in Anglia, in Helvetia, Bavaria, Hungaria, et in terris imperii Austriaci Germanici aliisque regionibus piam Unionem inire decreverunt ad implorandum divinum auxilium, ut Deus sacratas sibi familias conservet, et vivificet, neque unquam eas tradat in manus inimicorum, ut, qui olim Spiritum Sanctum suum in Patribus nostris suscitaverit, Eundem resuscitet in filiis, ut sanctam monasticam disciplinam, ubi viget, conservet et augeat; ubi autem defecerit, renovet, novisque instauret incrementis virtutum. Certum est, per hanc Unionem mentem Summi Pontificis Pii IX. admodum iuvari, qui ab ipso initio Pontificatus sui Epistola Encyclica, proximis vero diebus, non iam verbis, sed factis fervorem

Ordines Religiosos renovandi ostendit. Ad hanc vero piam, vere fraternam Unionem omnes omnino filii Sanctissimi Patris Benedicti quam amicissime invitantur.

Statuta Unionis.

1. Socii huius Unionis omnia sui status officia summa, qua possunt, diligentia adimpleant, Regulam sanctam et Congregationis seu Monasterii sui Constitutiones strenue observent, paupertatem studiosius colant, et omnia fideliter persolvere studeant, quae spiritus sancti Ordinis nostri ab eis poscit.

2. Omni die mane cuncta opera sua, exercitia spiritualia, mortificationes, res adversas, observationes monasticas Deo iuxta finem Unionis offerant.

3. In Sanctissimo Missae sacrificio semper ad Memento pro vivis et defunctis speciatim orent pro Sociis Unionis, et pro omnibus, qui sub Regula Ss. P. N. Benedicti militant, praecipue autem pro Superioribus ac tironibus sancti Ordinis nostri.

4. Socii quotidie efflagitent patrocinium B. Mariae Virginis, singularis s. Ordinis nostri Protectricis, per Antiphonam: Sancta Maria, succurre, infra positam, ex operibus S. Augustini desumptam.

5. Pro excitando et augendo spiritu religioso Socii filiali erga Ss. P. N. Benedictum studeant devotioni, summae quoque aestimationi Ordinis ab eo instituti, ac singulari cultui Sanctorum eiusdem Ordinis; quem in finem quotidie recitent Antiphonam: Sanctissime Confessor Domini, una cum orationibus annexis.

6. Summopere optandum est, ut Socii, in quantum Superiores permittunt, alii alios de bono rerum successu certiores faciant, seseque mutuo excitent et adhortentur.

Preces Unionis.

Sancta Maria, succurre miseris, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro monachorum choro, exora pro devoto femineo sexu; sentiant omnes tuum iuvamen, quicumque devote celebrant tuum sanctum Nomen.

Sanctissime Confessor Domini, monachorum Pater et Dux Benedicte, intercede pro nostra omniumque salute. — V. Domine Deus virtutum converte nos. R. Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

Oratio. Oremus. Excita, Domine, in Ecclesia tua spiritum, cui beatus Pater noster Benedictus Abbas servivit: ut eodem nos repleti studeamus amare quod amavit, et opere exercere quod docuit.

Da nobis, quaesumus Domine, perseverantem in tua voluntate famulatum: ut in diebus nostris et merito et numero populus tibi serviens augeatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Ex audientia Sanctissimi. — Sanctissimus Dominus noster Pius Papa IX. omnibus monachis ac monialibus praefati Ordinis, praefa-

taeque Unioni adscriptis, nec non in posterum adscribendis, supra enunciatis Preces corde saltem contrito et devote recitantibus trecentum dierum Indulgentiam, semel in quolibet anni die acquirendam, benigne in perpetuum concessit absque ulla Brevis expeditione.

*Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis
Indulgentiarum die 29. Nov. 1853.*

F. Card. Asquinius, Praef.

A. Colombo, Secretarius.

Es ist kein Zweifel, dass die allgemeine Verbreitung dieses Vereines und die eifrige Theilnahme an demselben das mächtigste Mittel ist, die gewünschte Wiedergeburt des Ordens herbeizuführen; denn derjenige, welcher gesagt hat: „Wahrlich, wahrlich sage ich euch, wenn ihr den Vater in meinem Namen um etwas bitten werdet, so wird er euch geben . . . Bittet, so werdet ihr empfangen, auf dass eure Freude vollkommen werde“ (Joh. 16, 24), ist die ewige Wahrheit selbst. Wenn alle Mitglieder die sechs Satzungen, besonders Nr. 1 und 2, genau zu erfüllen trachten, so bildet der Orden eine Grossmacht, gegen welche alle Feinde nichts vermögen, und seine alte Blüthezeit wird wieder zurückkehren. Ob nun dieser Verein in allen Klöstern Eingang findet und seinen Zweck erreicht, das hängt hauptsächlich von den betreffenden Obern ab. Nach N. 6 sollen die Mitglieder sich gegenseitig über den Fortschritt des Vereines benachrichtigen und dazu aufmuntern, was am besten durch diese Schrift, als Organ des Ordens, geschehen kann. Es wird erwartet, dass man sich dieses Mittels bedient, und den Verein und somit den ganzen Orden auf alle Weise zu fördern sucht: ut in omnibus glorificetur Deus.
